


Roeder

1772





*H. 32. 4. 11. 9.*

# SYMBOLAM AD IVS TUTELAE TESTAMENTARIAE COLLATAM

SCRIPSIT

JOANNES VLRICVS ROEDER.



*K. 4584*

---

COBVRGI

APVD RVD. AVG. WILH. AHL.

1772.



2. JUNI . 15.11.



N

es d  
ato  
nstit  
s co  
t le  
aec  
ment  
acto  
plen  
as P  
unta



## I.

**N**ota res est, primas hereditates iuris Romanii intestatorum fuisse et existimasse tunc temporis Romanos, non licere leges de successione ab intestato migrare et priato ausu alium, quam legitimum, heredem instituere; noua idcirco lege in comitiis calata condita, in testamentis condendis opus esse, t lex non nisi noua lege tolleretur. Origo aec est primi et antiquissimi generis testamentorum in comitiis, quae calata vocabant, auctorum, quae per modum legis, praemissa plenni rogatione ad Quirites facta, fiebant, ne as publicum priuato ausu et priuatorum voluntatibus mutatum videretur.

## A 2

## II.

## II.

Non recessisse ab hocce principio, nimirum: leges de hereditatibus latae priuato ad suum testamento condito migrari non posse: *latae detur lex XII. Tabb.* qua cautum: *Pater familias uti legassit super familia, pecunia, tuta lae rei sua, ita ius esse.* Salva erat regula lege non nisi alia lege tollenda, licet libera facultas de re sua ultima voluntate dispensandi lege hacce fuerit concessa. Lege eni<sup>u</sup> laudata XII. Tabb. potestas tributa videbatur testatori, nouam legem de successione in bona sua condendi eaque iuri, de hereditatibus scripto, derogandi. Ipsa verba legis: *vt legaliter ita ius esto:* non obscure id innuunt: *quare legare, esse legis modo imperatiue relinqueretur.* Graecis *legare:* erat *vouloθετιν.* Testatores legis latorum more loqui et verbis imperatiu*s sumito, damnas esto, praecipito* — *vti debent bant, vt legem ferre, non priuatam voluntatem exprimere viderentur.* Notum et Latinos alias etiam verbo *legare:* id voluisse, quo est mandare et legem quasi dicere: quod ex illis

Plau  
g)

lauti: *Quin potius, quod tibi legatum est ne-*  
*ninatum,*  
*o ad curas?*

lane manifestum fit. *Legati Romanorum*  
*omen a legando habebant;* quia cum manda-  
*s mittebantur, et relegatis id nominis erat,*  
*lia lex lata eos ciuitate abesse iubebat vid.*  
*Heineccius A. R. L. II. T. 29. §. 1. Testatoribus*  
*ispr ergo ius esse videbatur auctoritate et permis-*  
*eniu u populi, nouam legem condendi, tacito po-*  
*pati boli suffragio ratam et tanquam non scripta*  
*bore alentem; sicut testamenta in comitiis facta*  
*cri anquam scriptae leges valebant. Est inde,*  
*gab ocul dubio quod pacto aut transactione*  
*que R. nec rescinditur testamentum, nec*  
*uer lefertur hereditas aut amittitur. a)* Ne-  
*es l no, testamento heres factus, pacto aut*  
*tiui transactione talis esse desinebat; quia te-*  
*lebe tamentum legis instar publicae habebatur,*  
*ant quae cautionibus priuatorum mutari non*  
*L poterat. Nemo pactis hereditatem acqui-*  
*quo ere, aut alium, quam legitimum, here-*  
*ill dem*

A 3

Plau a) *l. vlt. de suis et legitim.*

dem facere, poterat quia testamenta quide ex  
 non autem pacta et transactiones priuatorum  
 legum auctoritate censemabantur iusque de heriū  
 ditatibus intestatorum scriptum mutare punc  
 terant. Loquitur etiam testamenta, legum p. X  
 blicarum natura atque auctoritate censenda sogn  
 que aestimanda, id, quod dicunt: testes in testa  
 mentis in pace condendis adhibitos, ipsi suffici  
 populi R. legem de hereditate testatoris dictam ag  
 ri, vices tenuisse ipsumque populum Romm  
 num adumbrasse; unde patere aiunt, cur et e  
 qui non ad comitia admissi, veluti muliere Ror  
 impuberes, serui -- testes esse non potuerint studi  
 quamquam, ne quid dissimulem, haec rat  
 non omnino vera esse videatur, quum si  
 omnes in mancipationibus etiam testes ei pat  
 non potuerint. Dicta tamen, de testamentis qua  
 pace conditis, pro legibus habitis firmare etiam ma  
 videtur alterum genus testamentorum, quae Ror  
 Procinctu a militibus in cinctu Gabino ad pro  
 lium ituris, fiebant. Notum enim: testamentum et  
 haecce, in quibus misera illa diligentia et sepa  
 lennitates, quibus testamenta in pace fieban si

exu

id exulabant, tanquam *vōμḡs ἀγεαφ̄s* valuisse,  
 orquia vltima eorum, qui cinctum Gabinum  
 hecumserant, quasi Dis Manibus deuotorum, vo-  
 e punctas pro lege erat. cfr. Hernecc. Ant. R. L. II.  
 n p. X. Et hic ergo legi non nisi alia lege de-  
 dārogabatur. Ipse nimirum populus Romanus  
 in testamentum militis in *procinēlu* factum tacito  
 ipsi suffragio valere iubebat, vt hereditas legitima  
 hictmagis quam testamentaria esset. Facit inpri-  
 commis pro nostra causa id, quod clare loquuntur  
 ur et exemplis nos docent historia et antiquitates  
 ier Romanae, quodque latius demonstrant earum  
 erin studiosi: iudicia egisse populi Romani reges et  
 rat magistratus inter ciues, inter patres familias,  
 m in vrbe, in regia, in foro: quae autem inter  
 e patrem familias et eos, qui in eius potestate,  
 tis iquae domi acta, nihil ad rem publicam, nihil ad  
 etiam magistratus per sat longum tempus reipublicae  
 ae Romanae pertinere visa. Indigna credita libe-  
 rorum litigia et seruorum iurgia regia maiestate  
 et et magistratum dignitate, nactosqué inde pa-  
 et se patres familias occasionem, aut impositam illis  
 oan si mauis, necessitatem, regnum domesticum,  
 exu

legum auctoritate atque moribus firmum, sicuto p  
constituendi, et de causis filiorum quos in potestate habebant, licet quod tamen persuadent sicut multi, in dominio patrum non essent, seruatorem ordinem quodam iudicali, cognoscendi et servitentiam quandam domesticam ex regulis iustitiae et aequitatis ferendi. Nec exercuisse tantum patres familias iudicia inter sibi subiectos, sed sacra etiam, quod regii muneric erat, intra fines regni domestici fecisse: imperasse sive ibi subiectis, imo leges condidisse; quarum prius mariam laudatum illud a nobis fragmentum redi XII. Tabb. *Pater familias uti legasset*, -- ita quia ius esto: dicunt. Vide haec omnia egregie disseruntantem illustrem Gebauerum in docta disputatione de *Patria potestate*; qui hoc etiam nec calculum nobis adiicere videtur, quod laudata dissertatione \* expressim dicat in testamento per aes et libram vice populi testato-tabrem legem tulisse. Superuacua ergo fuisse videtur fictio illa, quam dicunt, Jutorum, qui, Si tene leges de successione intestatorum priuata, voluntate tolli viderentur, inuenient testamen-

\* p. 42,

sitio per aes et libram, ad seruandam iuris ana-  
 logiam, hereditatem, non per ultimam vo-  
 luntatem, sed per venditionem et mancipatio-  
 nem transferri fingeant. Salua iam erat iu-  
 sens haecce analogia et inductus iam color,  
 s iuquem quaerebant. Testamenta enim, tam in  
 uispace, quam in procinctu, condita, non ultima  
 bievnius hominis, sed ipsius populi Romani vo-  
 luntas videbantur. Dubia tamen mihi adhuc  
 e si videtur eorum doctrina, qui testamenta per  
 prias et libram ideo putant esse inuenta, ut he-  
 reditates non tam per ultimam voluntatem,  
 ita quam per venditionem et mancipationem vide-  
 rentur transferri. Fiebat enim in testamento  
 disper aes et libram etiam nuncupatio testamenti,  
 iam nec vtebatur testator in ea verbis, quibus man-  
 cipatio fiebat. Non dicebat: *mancupo tibi hanc*  
*sta-hereditatem, haec bona, quae mea sunt* — sed,  
*to-tabulas tenens, haec, dicebat, uti in his tabulis*  
*vi-cerisue scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor.*  
 qui, Si testamenta per aes et libram ultimae volun-  
 ta, tatis naturam omnino exuere et in mancipa-  
 tionis formam mutari voluissent, adhibuisset  
 ro

sine dubio testator verba, quibus omnis man  
cipatio fiebat, nec usus fuisset formula ultima  
iae voluntati exprimendae propria, voce ita tam  
primis *legare*, qua ipsae XII. Tabb. LL. to laud  
tam testamenti naturam exprimunt, et vocem  
*testari*, quae expressim id loquitur, quod talium  
men dissimulatum dicunt Absonum profect sed  
fuisset, negotium, quod reuera gerebatur, di stan  
simulare velle, et clare tamen imo expressim non  
illius mentionem iniicere. Testamenta pri  
mo ex LL. XII. Tabb. sine solennibus fiebant sed  
JCTi autem, qui monopolium formularum e act  
exercendi iuris rituum tenebant, testament fac  
etiam ad certas solennitates alligabant, et qui tu  
mirum, eos circumspicentes solennia, qua po  
in testamentis condendis praeciperent, ritu ch  
mancipationum ad testamenta transtulisse tu  
quum testamenta affinia omnino alienationi a  
mancipationi essent, et ipsae hereditates in re ho  
rum mancipi classem relatae. Oppones forsitan  
in testamentis per aes et libram praeter nuncup  
ationem testamenti *familiae* tamen *mancipa  
tionem* etiam fieri debuisse, ut hereditates testa  
mentis

harmentis huius generis mancipacione, non vltima voluntate, translatae viderentur! Regero  
 e itamen: mancipationem, ex rationibus iam  
 to laudatis, non ideo ad iectam videri, vt testa-  
 vocementum vltimae voluntatis naturam exueret  
 illique negotii inter viuos gesti forma daretur,  
 sed ideo adhibitam, quia translata ad haec te-  
 stamenta solennia mancipationis, quibus hic  
 non eum in finem vtebantur Jure Consulti, vt  
 propriam testamentorum naturam celarent;  
 ant sed ideo tantum, vt ritibus et legis quibusdam  
 e actionibus alligarent testamenta et horum rite  
 faciendorum, vt aliorum exercendi iuris ri-  
 tuum, monopolium sibi vindicarent. Incidi,  
 postquam haec scripseram, in locum Plutar-  
 chi ex libro *de his qui sero a numine puniuntur*: qui dicta egregie confirmare videtur.  
 Plutarchus in eo,\* *Eae leges, inquit, quae ab  
 hominibus ponuntur, non ubique habent ratio-  
 nem eorum, quae praecipiuntur, illustrem, imo  
 quaedam videntur omnino ridicula, vt, quod  
 Lacedaemoni Ephori statim ab initio magistra-  
 tus edicunt, ne quis mystacem alat, et vt legibus*  
 \* p. 552. obtem-

obtemperent ne ipsis sint difficiles obseruata. Ro<sup>ne</sup>.  
 mani, quos in libertatem vindicant, eorum cor<sup>stat</sup>  
 poribus stipulam tenuem iniiciunt, ET VB<sup>erat</sup>  
 TESTAMENTVM CONDVNT, ALII SCR<sup>tuer</sup>  
 BVNTVR HEREDES, ALII VENDVNT BO<sup>tion</sup>  
 NA, QVOD VIDETVR, ALIENVM A RA<sup>sole</sup>  
 TIONE. „ Quid hic Plutarchus? Non eam te<sup>mua</sup>  
 stamentorum per aes et libram rationem, quam  
 nunc vulgo afferunt, exponit; sed in eorum  
 classem illa refert, quorum non satis constat  
 ratio, quae non habent rationem illustrem --  
 Ignorauit igitur Plutarchus causam mancipa<sup>mod</sup>  
 tionum, in testamentis fieri solitarum, quam  
 impugnauimus et ignorauit forsan cum eo ipsa  
 antiquitas. Caetera disputata haecen<sup>tela</sup>, ut et  
 sequentium multa, non pluris, quam conie<sup>Jur</sup>  
 cturae et probabilia constare possunt, vendi<sup>nisi</sup>  
 mus.

### III.

Testamenta vim hodie ex heredis institu<sup>tu</sup>  
 tione accipiunt et nihil valet eorum, quae in  
 testamento scripta sunt, sine heredis institutio<sup>de</sup>  
<sup>ri</sup>  
<sup>ver</sup>

ne

Ro ne. b) Iure XII. Tabb. heredis institutio in te-  
 cor stamento condendo non erat necessaria, et pot-  
 erat pater famlias legata iis relinquere, substi-  
 tuere et de tutela rei suae sine heredis institu-  
 tione legare: nullam saltem XII. Tabb. legem  
 solennitatem hancce praecipere videmus, legi-  
 mus autem, tabulas hasce, *uti et quocunque*  
*modo* paterfamilias super familia, pecunia, tu-  
 telae rei suae legarit, ita ius esse voluisse. At  
 Jure Consulti, memores principii, legem non  
 nisi alia lege mutari posse et omne testamen-  
 tum legis instar esse debere, qualitatem quan-  
 dam, omnibus testam entis communem et cha-  
 racterem, quo *omnis ultima voluntas solen-*  
*nis vteretur*, quo naturam illa legis indueret,  
 circumspiciebant, nec aliis illis ad hunc finem  
 magis videbatur accommodatus et proprius  
 quam *heredis institutio*, quae semper verbis im-  
 peratiuis, quibus omnis legislator vtitur, fie-  
 ri, debebat et de successione in vniuersum ius  
 defuncti legem dicebat. Legata, quae etiam  
 verbis directis fiunt, non in omnibus testa-  
 mentis

b) §. 34. *I. de legat. l. 1. in fin de vulgari et pupili-  
 lari subst.*

mentis habebantur et plerumque pars tantum praefacultatum defuncti legatario iis relinquitur potest ideoque non magis, quam alia capita testamenterorum, substitutiones et tutelae in c. 910 iis datae, ad legem de successione in facultate prob defuncti condendam, et ius publicum de successionē legitima mutandum sufficere videtur nobantur. Sine heredis ergo institutione nec lex egat nec ultima voluntas erat, et reliqua capita testamenti illam, tanquam principale suum, sequuntur et cum illa stare et corruere censebant. Loquitur hoc vel sola doctrina de testamento destituto et l. 181. ff. de regulis iuris, quae neminem hereditatem subeunte, omnem vim testamenti solui, clare dicit.

## IV.

Sed parum haec doctrina cum veris iuris principiis cohaerebat. Nam, ut concedamus testata legata heredis, cuius facto praestari debebantur, institutionem, vel saltem existentiam, postularentur, tutelae tamen et substitutiones, quae nullatenus heredis facto indigebant, heredis institutione euanescente, saluae esse poterant, nec preterea

tum praeter factam illam Jutorum ratio afferri  
tum poterat, cur haec capita testamentorum, he-  
reditatis institutione corruente aut rescissa, valere  
non possent? Magis se veritati et rationi iuris  
atprobabat lex XII. Tabb- quae patri familias  
sufficiacitatem quoconque modo, herede instituto  
ide et non instituto, de pecunia et tutela rei suae  
lexegandi, i. e. substituendi et liberis tutores  
tedandi, concedebat.

## V.

Ipsi tamen Jureconsulti intellexisse viden-  
tur, quam parum haec eorum doctrina firma-  
menti habeat; siquidem ita illam interpreta-  
bantur, ut reuera eam euerterent. Exemplo  
sit ius pandectarum de substitutionibus. Sub-  
stitutione pupillaris sequela erat testamenti,  
uris quod pater sibi condiderat: corruente patris  
testamento substitutione etiam corruebat et pa-  
tris hereditate non adita, pupillare quoque  
laestamentum euanecebat; c) quia, deficiente  
nullherede, nulla erat heredis efficax institutio,  
nitu nullum per consequens patris testamentum et  
nulla

c) l. 2. §. 1. l. 10. §. 4. de vulgar. et pupillar.

nulla heredis secundi vel tertii institutio, si  
 substitutio, <sup>nim</sup> Ut autem rigorem huncce iur  
 temperarent, heredis institutionem et hered  
 tatis testamento relictæ aditionem adesse ian  
 dicebant vel fingebant potius, et pupillo sub  
 stitutum seruandum censebant, si omissa cat  
 fa principalis testamenti, ab intestato possideb  
 tur hereditas, <sup>d)</sup> licet fundamentum testame  
 ti, quod animo conceperant, heredis nem  
 pe institutio re vera hic euaneſceret. Sed non  
 dum lata, satis erat haec interpretatio adopta  
 tae theoriae ad euitanda incommoda, quæſſet,  
 ex posito principio sequi necesse erat. Faullu  
 enim: filium institutum et praeterea substitutum  
 pupillariter fratri exheredato: finge poſis  
 ro: filium huncce paterna hereditate absti  
 nuisse at exheredati fratrī hereditati se immi  
 cuſſe et pro herede eatenus ſe gessiſſe: Patri ho  
 nec per hereditatis aditionem, nec per ſuccesſio  
 nem ab intestato heres erit. Non poterit eni  
 go frater, hereditate patris abſtinens, hered  
 tam fratrī ex ſubstitutione, (de ſucceſſion  
 eni  
 e)

<sup>d)</sup> l. cit. 2, de valg. et pupillar

si nū ab intestato in fratri hereditatem, de  
 iur ua l. 12. de vulgar. et pupill. non est hic ser-  
 red no,) obtinere, si in omni testamento, ex quo  
 iac substitutus seruandus, omissa licet causa prin-  
 sub ipalis testamenti, hereditatis tamen paternae  
 cau b intestato saltem possessio est necessaria. Ut  
 eba gitur et huic occurrerent difficultati, solam sui  
 ner eredis existentiam, licet abstinuerit, tabulas  
 nem pupillares firmare dicebant; e) licet heres ab-  
 non tinens hereditate re vera nullus, et nulla hic  
 opt eredis efficax institutio, nulla hereditatis aditio  
 quasset, et secundum propria J Ctorum, principia  
 Faullum plane testamentum haberetur. Ius stri-  
 litum heredis institutionem aditione heredita-  
 po is effectui datam, legem vltima voluntate te-  
 bstatoris de futura in eius bona successione di-  
 mit tam, cui executione satisfactum, in testamen-  
 i h o valido postulabat, nec solam voluntatis de-  
 essic uturo herede declarationem, executione ca-  
 t enem, ad testamentum et capita illius susti-  
 redienda sufficere statuebat, quod ex l. 2. ss. 1.  
 ion. 10. ss. 4. de vulgar et pupillar. et l. 181. de re-  
 eni gul.

e) l. 4r. de acquir. l. amitt. hered.

gul. iuris plane manifestum fit. Benignam, tem JCtorum interpretatio satis esse iubet, ser te statorem heredem instituisse; licet hic, onores sa causa testati, ab intestato succederet vel h[ab]e[re] qureditate plane abstineret.

## VI.

Nec tabulae pupillares tantum, sed etiam testamentis contenta, fideicommissa mirum vniuersalia et fideicommissariae libertates nuda hac sui heredis *existentia* confirmabantur et adhuc confirmantur. f) Ratione autem, cur omnia fere testamentorum capitula nuda hac sui heredis *existentia* confirmata intelligenda, hanc exponebant, quod suus res ipso iure heres esset et dominium rerum hereditiarum sine aditione et immixtione ignorans etiam, continuaret. g) Cogitabant et perpendentes naturam subtilis huius a JCtis commentae *suitatis*, non alio illa videntur suam esse ullam.

f) l. 27. §. 3. ad SCium Trebell l. 30. §. 10. de fideicommissar. libert.

g) l. 11. de liber. et posthum. §. 3. l. de hered.it. ab intest.

a am, ex definitione eius comprehensibilem,  
 b serere posse videtur, quam hoc, quod suus  
 c eres hereditatem sibi delatam et non aditam  
 d h quoscumque heredes transmittat. JCti ta-  
 en Romani alias *suitatis effectus*, quibus  
 raecepta illorum, de testamentis tradita, indi-  
 e bant, comminiscabantur, et id etiam effi-  
 fere dicebant solam heredis sui *existentiam*,  
 lib testamentum, alias *destitutum*, tale dici  
 irnequeat; sed per illam tabulae pupillares, fi-  
 one eicomissa vniuersalia aliaque, contineri testa-  
 cap tentis solita, firmentur et valeant. Dicunt  
 a pmmuniter, heredis sui abstinentis *existen-  
 us am* hos effectus post *abstentionem* adhuc pro-  
 er ucere. Ratio autem legum, licet subtilis  
 tio mnino et argutans, in superioribus exposita,  
 can uam JCti secuti, probabile omnino facit, pu-  
 nisse eos: *suitatem* et heredis sui *existentiam*  
 e v udatos effectus ante *abstentionem*, non post il-  
 su m ex erere. Post *abstentionem* enim *suitas*  
 e fu nulla omnino erat et omne id euanescebat, quo-  
 Inominis iure sibi impositum habebat. Reuer-  
 batur post *abstentionem* in nihilum ipsa *sui-*

tas, ius transmittendi hereditatem et laudatum,  
 illud heredis sui dominium ipso iure continetum;  
 quod tamen illud ipsum esse putabat  
 JCti Romani, quo heredis sui *existentia* te  
 menta, alioquin destituta, firmaret: quoniam  
 do autem, quod esse defit, effectus laudatibus  
 producere poterit? Nihil caetera impedit, clae  
 minus credamus, putasse JCtos Romanos, hered  
 sis sui *existentiam* ante *abstentionem*, quoque rel  
 pore totum ius *suitatis* saluum erat, laue ad  
 tam medicinam testamento, alias inualido, au  
 destituto adhibere, et non post illam adhuc sim  
 cere. Sufficere enim putabant, semel illam co  
 hibitam ad testamentum firmandum, licet illa  
 medium ipsum postea, herede suo abstinen  
 deficeret ac evanesceret. Vtunque tam  
 haec sint, id saltem appareat, JCtos Romanos su  
 argutulos in exponendis legum rationibus, hent  
 lebratam illam heredum *suitatem* subtiliter  
 adeo idcirco disputasse, ut testamenta, quoniam  
 ius strictum destituta esse decernebat, colasit  
 quodam iuris inducto seruarentur et finxit  
 in hunc finem, esse heredem testamentarii adi

eu

datum, qui aut plane nullus, aut saltem ab inter-  
 tinato tantum talis erat; ut saluum aliquatenus  
 absit placitum, quod non dari testamenta sine  
 teherede testamentario decernebat et alia iuris  
 nonraecepta, quae naturale testamentorum ius di-  
 undatitabat, cum illo concordare viderentur. Tu-  
 t, glae caeterum et fideicomissa, codicillis, aut  
 s, testamento, clausula codicillari munito, data  
 pote relictæ nec heredis institutione hereditatis-  
 laue additione, nec successione heredis ab intesta-  
 do, aut huius saltem *nuda existentia* egent. No-  
 uissimi enim iuris est, heredis institutionem  
 m codicillis ne fieri quidem posse et in hisce  
 et illis ultimis voluntatibus, quae codicillorum  
 nere censentur, non desiderari. Restat hic adhuc  
 cam nonendum: heredem suum, cuius sola *existen-*  
*nia substitutiones et fideicomissa* aliaque testa-  
 mentorum capita firmari dicunt, de eo accipi-  
 tilandum esse, qui a testatore est *institutus*. Fac  
 q nim patrem testamento extraneum heredem  
 colastituisse et huic alium pariter extraneum sub-  
 inx tituisse, filium autem iuste exheredasse! Non  
 aridigebit, quod omnes vident tale testamentum,  
 eu

herede instituto hereditatem repudiante, hecque  
dis sui *existentia*; nec, deficiente hac, destitutum  
putandum; substituto hereditatem ab iib  
stituto repudiatam adeunte. Fac porro, festa  
redem suum praeteritum, extraneum institu  
tum et alium exterum huic substitutum! natus  
testamentum hoc, existente licet herede suo, non i  
instituto tamen, nullum erit et omnia eius em  
pita nulla. Si heredem suum rite quidem  
inique exheredatum ponis, rescindi poten  
querela inofficiosi, et licet tunc saluae sata,  
substitutiones, certum tamen, eas non iampl  
ta illa sui heredis, qui testamentum querest  
rescindit, *existentia* seruari, sed Nouella a eti  
sustineri. Fingamus porro: testamentum q*xiste*  
fideicommissum vniuersale relictum et her*n*iu  
suus iuste exheredatus! repudiante here*ar*ur  
instituto hereditatem, cogendus erit illasse  
adire ac restituere et mortuo eo ante adit*er*  
hereditatem pro restitura habenda erit her*d*o ta  
ditas; nec ullum hic firmamentum a sui her*em*  
redis non instituti *existentia* mutuabitur test*essi*  
mentum. Si praeteritus est heres suus v*cipa*

in

heisque, licet rite, exheredatus; datur contra  
 testamentum querela nullitatis aut inofficiosi  
 ab iubibus et ipsum fideicomissum ruinam dabit.  
 , testamento iniusto, quo fideicommissum reli-  
 stitum et suus exheredatus aut praeteritus, non  
 ! natus praesidium erit a nuda illa heredis sui  
 , non instituti existentia. Superuacaneum esset,  
 us emonstrationi vel vnius horum omnium im-  
 memorari, quum sint notissimi iuris et in hunc  
 potenem tantum prolata, et in memoriam reuo-  
 sata, vt inductione quasi pateat non dari ex-  
 iaemplum, vbi heredis sui, *non instituti existentia*  
 herestamenta alias inualida firmare dici possit. No-  
 ra etiam: esse, qui heredem suum, cuius sola  
 q*xistentia* leges substitutiones, fideicomissa  
 heriuersalia aliaque firmari volunt, iure Nouel-  
 arearum etiam, patriae potestati adhuc subiectum  
 illasse debere dicunt. Nouellam hi 118. licet *sui*  
 litar<sup>t</sup> emancipati ius succedendi aequauerit, in mo-  
 herdo tamen succedendi; quo suus ipso iure heres  
 i hemancipatus autem non sine bonorum pos-  
 sessione agnita, nihil mutasse dicunt, et eman-  
 cipatos, etiam nouo iure, hereditatem aditio-  
 ne,  
 in

ne, non ipso iure, acquirere, solos autem suis adi-  
sub patria potestate adhuc constitutos, domera-  
nium defuncti ipso iure continuare et ipso iuslane  
heredes esse. Mihi tamen verba Nouellae: „redit  
*la introducenda differentia siue suae potestatis, silla, c*  
*sub potestate sint constituti, quae non distinguuntur*  
et nec nos distinguere iubent, clare innuere ut he-  
dentur, Imperatorem differentiam inter *suos*  
*emancipatos* quoad modum succedendi etia In  
sublatam voluisse. Sustulit Iustinianus diuersitatis  
tes ex patria potestate inter successionem *su*<sub>testar</sub>  
*rum et emancipatorum* oriundas: quid ni igutela-  
tur et hanc sublatam intelligamus? idque talebat  
to magis, quanto clarius legis lator nulla redit  
amplius inter illos differentiam statuendam i pluri-  
bet; et quanto est certius, Iustinianum, si hanhere  
inter suos et emancipatos diuersitatem no redit  
antiquauit, praeter verba, si casum de co mun  
iungendis cum emancipato liberis exceperis*si*  
nil noui sanxisse videri. Emancipatis enim iut*i*  
re Praetorio ad successionem iam vocatis, he quae  
reditatem, quam antea bonorum possessione prae-  
agnita, post Nouellam Imperatoris, heredita-

ti

g)  
b)

aditione, non ipsa lege, acquirebant: Si  
omera sunt, quae esse negamus. Similes autem  
iuplane et eiusdem effectus erunt acquisitio he-  
reditatis per bonorum possessionem datam et  
filla, quae sit per aditionem hereditatis: licet  
intempora, quibus bonorum possessio agnoscenda,  
est hereditas adeunda, sint diuersa.

## VII.

In tutelis iuri stricto magis inhaesisse ac ste-  
sist videntur Iusti Romani. Nullus erat tutor  
sau testamentarius sine hereditatis aditione, quae  
igutelas praecedere semper debebat. Non va-  
talebat tutela in testamento scripta, nemine he-  
reditatem adeunte, licet valeret, si unus ex  
pluribus adierat. g) Adeo id verum erat, vt,  
hereditate nondum adita, alias tutor ad he-  
reditatem adeundam dari potuerit. h) Com-  
munis autem DD. opinio statuit hodie: solam  
heredis existentiam generatim id efficere,  
vt illa omnia, testamentis contenta, valeant,  
quae talis naturae sunt, vt factum heredis ad  
praestanda illa non sit necessarium. Colligunt  
inde,

B 5

ti g) l. 7. l. 9. de testamentar. tutel.  
b) I. 10. eud.

inde, solam heredis sui *existentiam* praeter, instituta deicommisſa vniuersalia et tabulas pupillarū veritutelas etiam in testamento scriptas confirmisſare et seruare, minime vero legata et fideicommissa particularia, exceptis fideicommissari resciſſis libertatibus. vid. *Struv. Exerc.* 34. ſſ. 19.

### VIII.

Testamento querela inofficiosi rescisso, tutela etiam testamento data corruebat: i) non argumento, J Ctos testamentarias tutelas non aliter valere putasse, quam stante heredis institutione, stante lege de successione in universum ius, quod habuit, a testatore testamento scripta. Licet, testamento querela inofficiosi rescisso, surrogaretur in locum heredis testamentarii heres ab intestato, huius item non instituti, licet sui, sola *existentia* tutelam datam non sustinebat. Sed mutauit haec Iustinianus, qui *Nov. 15. c. 4. inf.* testamento querela inofficiosi, a descendantibus vel ascendentibus mota, rescisso, heredis tantum in

i) l. 26. de testament. tut. l. 28. s. 2. de querel. in officiō Nov. 15. c. 4.

r, institutionem rescissam intelligendam veluit:  
 arsi vero in testamento tali legatavel fideicom-  
 missa, vniuersalia libertatisve, aut *tutorum*  
*coronationes* relicta datave: in hisce omnibus non  
 farrescissum obtainere debere testamentum.

## IX.

Sunt, qui putant, quos inter Groeneuegen  
 ad l. 10. de test. tut. ex lege 31. eod. et l. vlt.  
 ff. de rebus eorum qui sub tutel. probari posse,  
 tutelam, testamento licet destituto, et herede  
 hereditatem non adeunte, valere et sustineri.  
 Scaeuela lege cit. 31. si pater exheredatae fi-  
 liae tutores dederit et testamentum eius rup-  
 tum dicatur nato postumo: commodissimum  
 dicit, eosdem tutores pupillae dari ad peten-  
 dam intestati hereditatem. Sed parum haec  
 lex tutelae, testamento destituto scriptae, ser-  
 uandae fauere videtur. Nam vt taceamus, le-  
 gem laudatam non de testamento destituto,  
 sed de rupto loqui; tutela, de qua in illa ser-  
 mo, non sustinetur, quia testamento scripta,  
 licet magistratus in danda illa iudicium defun-  
 cti

Eti sequatur sed quia a magistratu data, quodem  
 verba Scaeuelae: *commodissimum est eosdem t*rei iu-**  
*tores pupillae DARI,, clare loquuntur. Nec o*m*en-*  
*poni poterit: tutorem, qui dari lege hac c*tori**  
*citur, confirmatum tantum a magistratu n*stratu**  
*datuum intelligendum. Nusquam enim t*tutor**  
*torem testamento rupto aut destituto datum tam*  
*confirmari a magistratu solitum legimus. Conclar*  
*firmabantur dati testamento a persona t*alex**  
*quae non poterat dare. Confirmabantur dare,*  
*ti personae, cui non possunt dari; aut in cod*matu**  
*cillis testamento non confirmatis, aut, quostrat*  
*tamen iure Codicis demum, k) sancitum leg*diciu**  
*mus, testamento imperfecto. Refert l. 1. f*mag**  
*de confirmand tutor*e* l. curat. genera tutorum tam*  
*quos confirmandos a magistratu leges volunt*ter**  
*nihil tamen ibi de tutoribus testamenta dest*mat**  
*tuto, rupto aut rescissa datis a magistratibus riae*  
*confirmandis. Facit etiam pro nobis l. 26. § tum*  
*2. ff. de testament. tutel. vbi Papinianus exhe*que**  
*redata filio, cui tutorem pater dedit propter par*  
*item in officiosi testamenti ordinandam, eun*esse**

k) l. 2. de confirm. tutor.

quod a Praetore confirmandum euendumque  
 rei iudicatae declarare dicit, utrum ex testa-  
 mento patris, an ex decreto praetoris au-  
 toritatem acceperit. Sequitur et hic magi-  
 stratus iudicium paternum in constituendo  
 tute, et tamen, euentu rei iudicate te-  
 stamentum in officiosum et rescindendum de-  
 clarante, tutor non ex testamento patris sed  
 ex decreto praetoris auctoritatem accipe-  
 dare, i. e. datius non testamentarius confir-  
 matus intelligitur. Sequebatur omnis magi-  
 stratus, qui tutelam confirmabat, defuncti iu-  
 egdicum, sed non omnis tutela, in qua danda  
 fmagistratus defuncti voluntatem secutus, te-  
 stamentaria, a magistratu confirmata, dici po-  
 interat. Supplebat tantum magistratus confir-  
 matione id, quod tutoris dationi testamenta-  
 riae deerat; Quod autem nulla ex parte ra-  
 tum et plane rescissum, quale testamentum  
 querela inofficiosi rescissum omnesque illius  
 partes ante Iustiniani constitutionem, illi de-  
 esse tantum aliquid, hocque suppleri, nul-  
 lo modo dici potest. Superuacanea etiam  
 est

est D. Iustiniani constitutio Nov. 15. c. Ion m  
 quae, testamento querela inoffic. rescisse *test*  
 saluas vult tutelas in illo datas, si confirmatio dat  
 da iam erat a magistratibus tutela testamentum.  
 rescisso data: aut si nihilo minus necessaria urato  
 putas condendae etiam erant ab Imperator *uncti*  
 nouae leges de tutelis ab iis, qui non poterant, matre e. g. aut patruo, datis, aut iis, quibus  
 dari non poterant, emancipato e. c. aut natris P  
 rali non instituto testamento scriptis, quas p  
 itinum ius confirmandas praecipiebat, saluto  
 intelligendis; quod tamen nunquam factum  
 Dices forsan: ipsa legis laudatae 26 verbis  
 „eundem a praetore CONFIRMARI oportet  
 clare inuere, eam de tute de testamentario lie et  
 magistratu confirmato, non de datiuo loquitur op  
 Respondeo tamen: tutorem dictae legis, de aetate  
 nec euentus rei iudicatae in lite inofficiosa teat,  
 stamenti declarauerit, utrum ex testamentae in  
 patris, an ex decreto praetoris auctoritatem as,  
 acceperit, testamentarium confirmatum; polu  
 rem iudicatam autem, qua testamentum que  
 rela I. T. rescissum, datiuum intelligendum

Nor

non maiori praesidio, quam lex exposita 31  
*esse testament. tutela*, tutori testamento destitu-  
 tio dato erit *lex vlt. ff. de rebus eorum qui sub-*  
*nunt.* Respondet in illa Paulus: tutores siue  
 iuratores filii, qui secundum voluntatem de-  
 toluti, testamento scriptam, praedium pupilla-  
 te vendidissent, nihil contra orationem Diuo-  
 ibum principum fecisse, etsi testamentum pa-  
 ratris postea irritum apparauerit. Nihil aio  
 pñanc legem pro tute testamento destituto  
 alatu seruando facere. Ut enim alia taceam-  
 utores, de quibus Paulus hic loquitur, legi-  
 bimi etiam et datiui esse possunt. Ius ergo,  
 quo tute testamento destituto data valet ho-  
 ius et a magistratu est confirmanda, obseruantia  
 quæ opinione DD. non autem legibus ff. nititur.  
 dætera *lex l. 9. de testam. tut.* clare dicit: li-  
 et, nemine hereditatem adeunte, nec tute-  
 ae in testamento scriptae valeant, valere tamen  
 teras, si unus ex pluribus adierit, nec expectan-  
 pulum esse, vt omnes hereditatem adeant.

Agnatione posthumi rumpitur testamentum in totum, consequenter et vis tutelae illa datae soluitur. Sunt, qui contrarium l. 31. ff. de testament. tut. probare contendunt, sed, in uito legis sensu id fieri et tutorem, testa qua illa accipienda, datiuum, non testamentum esse cap. 7. demonstrandum nobis sumus. Schilter. Exerc. 85. §. 25. ad legem Velleiae rigorem iuris stricti, quo , rupto testamento, tutela, in illo data, soluta, tempera dicit. Vlpianus dicta lege: si quis, ait, filium et ex eo nepotem et vtrumque in potestate habet isque nepoti tutorem dederit: inutiliter regulariter esse dationem, quia nepos potestati filii post mortem aui subsit et nullo tum tute nepotis opus sit. Esse tamen casum, quod utilis sit datio, nimirum si proponas, filium vivo patre, decesse et nepotem ex eo successisse viuo auo. Tutelam hic lege Velleia confirmari, quae testamentum et consequente tutoris quoque dationem valere iubeat. Fa

litu

litur hic egregius caetera Schilterus et huma-  
 ni quid in eruendo legis sensu passus, in erro-  
 nea est opinione Vlpianum hic casum propo-  
 nere, quo pater filium heredem instituerit  
 et nepoti nec *instituto* nec *exheredato* tutorem  
 , *testamento* dederit. Nepotem ergo nec *institu-*  
*tutum* nec *exheredatum* in locum sui heredis  
 succedentem testamentum rumpere et tamen  
 tutelam et testamentum ex lege Velleia con-  
 firmata fustineri. Legem Velleiam confirma-  
 re putat testamentum, cuius heres institutus  
 decedat ante patrem testatorem, relicto ne-  
 liu<sup>m</sup>pote nec *instituto* nec *exheredato*. Erronee  
 stat plane! Lex enim Iunia Velleia, cuius duo  
 capita, nepotes viuo auo, ante aut post mor-  
 tem patris natus, *institutos* aut *exheredatos* te-  
 stamentum aui rumpere vetat. <sup>1)</sup> Non firmat  
 lex Velleia testamenta, in quibus auus filium  
 quidem instituit, nepotem autem, cui tuto-  
 rem dedit, in locum filii decendentis viuo auo  
 succedentem, nec *instituit* nec *exheredauit* sed

prae-

1) b. 29. §. 11. 12. 13. de liberis et posthumis.

C

praeteriit, qui est casus, quem Schilterus sicut  
fingit. Lex cit. 10. de nepote *instituto* Iohn  
quitur, talis autem non rumpit testamentum  
Nullo igitur iure dicitur, legem Velleiam  
teris iuris, quem Schilterus dicit, rigore habet  
quo tutela in testamento rupto data euanescere,  
re dicitur, temperare et in lege laudata  
spciem proponi, quo tutela ex testamen-  
rupto subsistat. Infelix proinde est Schilte-  
censura, qua verba l. 10. „id est, ubi heres ins-  
ertus sit vel exheredatus“, nihil facere ad rhon-  
bum siue casum legis genuinum et glossen-  
imperi interpretis esse iudicat. Faciunt enim  
omnino et , licet omissa in editionibus quibusdam ff. cogitatione tamen addenda, n  
forte falsum legi sensum affingere volumus.

## XI.

Tutor testamento datus tutelam suscep-  
debet nec sine excusationibus allegatis amoliri  
Nam a se potest, m) quod nouo indicio est, testa-  
menta, et quae in illis scripta legum instar fu-  
se, quibus illi quibus testatores illas scripserant  
licet tan-

m) l. 6. §. 17. de excusat. suis.

is sicut potestati et imperio eorum nullo modo  
 jobnoxii, tenebantur. Erat tutela, etiam te-  
 stamentaria, vis et potestas iure ciuili data et  
 permisā, munus publicum, quod necessario,  
 vige, more imperioque eius, qui hic iubendi  
 habebat potestatem, erat obeundum. Non  
 poterant igitur tutelae testamento datae vale-  
 re, nisi saluo testamentorum fundamento,  
 quo formam illa legis, tacito populi suffragio  
 ratae, accipiebant, heredis nimirum institu-  
 tione, qua rescissa, vel alias euanelente, reli-  
 qua in testamento scripta corruere debebant,  
 quod exemplis testamenti rupti, destituti et  
 inofficiosi probatum ivimus; licet non negan-  
 dum, ius Nouellarum et hodiernam, commu-  
 nem fere DD. opinionem hisce derogare et tu-  
 telam ex testamento inofficiose,rupto et de-  
 stituto ratam esse iubere. Confirmantur ho-  
 die, vt in vulgus notum, a magistratibus  
 omnes tutelae offertque id nobis occasionem  
 quaerendi an exinde forsitan sit, quod tu-  
 telae, in testamento rupto destitutove datae,  
 hodie sustineantur. Differre aiunt tutelarum  
 confirmationem, quae iuri Germanico et le-  
 galibus imperii Germ. originem suam debet,  
 confirmatione tutorum iuris Quiritium,  
 hancque supplere quae tutoris dationi de-  
 sunt, illam autem non ad constitutionem  
 tutelae pertinere sed constitutae exercitium  
 tantum spectare: vid. Berger. in Resol.  
 LL. Tit. de confirmand. tutores. Mihi, saluo

tamen meliori aliorum iudicio, de hac re obliterari statuendum videtur. Dubio caret, confirmationem tutelarum iuris Germanici a Romana haud parum differre et diuersa longe sit. Non enim hoc natura esse. Constat id vel ex hoc solmanus quod confirmatio tutelarum Germanica etiam non valide testamento scriptis tutelis, quarum cipit tationi omnino nil deest, Romana autem iis tagibutum, in quarum datione, non omnino validem aliquid supplendum, accedit: Indubium etiam non confirmationem tutelarum ex moribus et legibus Germaniae profectam plerumque ad exercitum tantum tutelae iam constitutae negatur ad ipsam tutelam constituendam pertinere. Nihilo magis tamen affirmare ausim, confirmationem tutelarum hodiernam nunquam possit efficere, quod confirmatio tutelarum Romanorum et non dari hodie easum, ubi magistratus donum defectum dationis confirmatione suppletat autem supplere possit. Id quidem certum non susscitare nec hodie confirmationem magistratum significat, quas ius Romanum inualidas et nec confirmatione sustinendas decernit, quo tutelae testamento rupto, destituto aut querela in officiis rescisso scriptae referenda quae omnes hodie non confirmatione magistratum accedunt, sed iure Nouellarum moribus communi DD. opinione et usu fori sustineri et seruandicendae. Dantur tamen nihilo minus exempla, ubi confirmatio magistratus dationes tutorum, defectu laborantes, supplemento ex plerumque.

re iblere dici potest. Sint haec exemplum ex-  
confiranei, qui impuberi instituto tutorem dat, et  
ompatriis, qui naturali non instituto tutorem scri-  
gebit. <sup>n)</sup> Nulla appetet ratio, cur leges iuris Ro-  
manani, quae in exemplis propositis tutelas nos  
etiam confirmatione magistratus seruandas prae-  
cipiunt, in desuetudinem abiisse aut nouis le-  
gis tagibus moribus abrogatas statuamus. Ex-  
alidemplo etiam sit tutela codicillis testamento  
etiam non confirmatis data, quam inualidam hodie  
legdicunt, vid. Boehmer. Comp. D.T. de Iure Co-  
dicillor. ius Romanum autem, accedente ma-  
gistratus confirmatione, solui vetat, o) nec  
inerratio afferri poterit, cur talis tutela confirma-  
tione magistratum nostrorum seruari non  
possit et cur nostri magistratus pari iure et au-  
toritate cum Romanorum magistratibus hic  
non vntantur. Inuitat et hanc causam exemplum  
autelae testamento imperfecto datae, quam, in  
suffiso inualidam, auctoritate et confirmatione ma-  
gistratus valere debere praecipit ius Codici-  
<sup>c. corris p)</sup> quo iure et nos adhuc uti debere, ratio-  
nibus allegatae suadent omnia iubentque.

## XII.

Codicilli, qui, vt Dupondiis notum, tem-  
nmpore Augusti demum iis, ad quos erant di-  
erua  
xem  
es tu  
to ex  
pler  
recti,

C 3

n) §. vlt. I. de tutel. l. 1. §. 2. de confirm. tut.

o) l. 1. §. 2. cit.

p) l. 2. de confirm. tut.

recti, ea, quae in illis scripta, implendi nillor  
cessitatem imposuere, ad heredes etiam discrip  
gi possunt fideicommissarios, q) quos in qua  
tutores etiam, quorum fidei tutela committerat  
tur, referendi; si quidem JCti Romani tutonfi  
lam testamento scriptam hereditatis instar ea.  
se putabant, quod vel sola XII. Tabb. verb<sup>frm.</sup>  
*Pater familias uti legassit super -- TVTEL<sup>rum</sup>*  
*rei. suae -- clare loquuntur. vid. Heinecci<sup>testam</sup>*  
in element. J. C. §. 208. vnde et tutor, vt h<sup>abu</sup>tel  
res, testamento institui a Cicerone L. XI<sup>insti</sup>  
Ep. 61. dicitur. Tutores igitur a temporib<sup>est</sup>ea  
Augusti codicillis perfecte dari poterant. Te  
tela codicillis testato factis data ipso test<sup>t</sup> id  
mento scripta intelligebatur: pars enim erap<sup>m</sup>  
ipsius testamenti ac legis in illo scriptae codicil  
lli testato facti et quaecunque codicillis sc<sup>n</sup>on  
pta, perinde habebantur, ac si in testamen<sup>on</sup>  
scripta esent. r) Satis igitur concordabat i<sup>li</sup> ea  
de tutela codicillis testato factis scripta sa<sup>o</sup> m  
Etum, cum principio illo JCtorum, quod si aunc  
heredis institutione et hereditatis aditio uoc  
non valere volebat tutelam vltima volunt<sup>rdi</sup> na  
relictam. Licet enim nec heredem facia<sup>na</sup>  
nec substituant codicilli, s) tutor tamen, co  
dicillis testato factis scriptus, ipso testamen<sup>llust</sup>  
institutus intelligebatur. Tutela autem codicil  
lis co<sup>ate</sup>  
lecl<sup>ate</sup>  
liou<sup>ate</sup>

q) l. 75. pr. ff. de legatis. 2.

r) l. 2. §. 3. ff. de iure Codicill.

s) l. 17. l. 6. pr. l. 10. de iur. codicill.

i nullorum ab intestato, quia nec testamento  
discripta, nec tali vltima voluntate, quae alias,  
in qua heredis institutio facta, pars intelligi po-  
niterat, data quasi lex imperfecta magistratus  
tutus confirmatione supplemento videbatur replen-  
ar ea. Caetera ex verbis legis i. s. i. de con-  
verbifirm. tut. si dixerit, precor te curam habere re-  
ELrum -- tunc quod deficit repleri a consulari po-  
ciute state constitutiones concesserunt, colligi potest,  
et huius tutelam simplici etiam voluntatis declaratione  
XII institutam, nec testamento nec codicillis siue  
ribus testato siue ab intestato factis datam acceden-

Tutus magistratus confirmatione valere; ex quo  
test id efficitur, hodierno Germaniae iure, quo  
era omni tutelae vltima voluntate relictæ magi-  
stratus confirmatio, quae, vt in superioribus  
sc nonitum pari iure cum Romana tutelarum  
men confirmatione in supplendo eo, quod datio-  
at iuri earum deest, vtitur, accedit, nec testamen-  
satio nec codicillis ad tutelam vltima voluntate  
siuncupandam opus esse. Facit huc etiam,  
tio quod in Jure Publico tradunt, dari nimirum  
inta ordinaciones tutorum pupillis illustribus vlti-  
acia na voluntate relictorum, quae nec testamen-  
, o nec codicillis fiant. Potest nempe pater  
en illustris ordinare tutores liberis vltima volun-  
tate, licet nec testamento tutelam nec codicil-  
lis constituat satisque erit constare de volun-  
tate patris instrumento v. g. publico, aut  
declaratione eius coram notario et testibus  
lioue modo facta. Nec poterit igitur talis  
tute-

tutelae ordinatio codicillorum aut testatorum iure censeri et nec numerum testi septenarium aut quinarium nec heredis institutionem aliae solennia, quae ius Roman in testamentis aut codicillis desiderat, ad perfectionem postulabit. Id tantum, ut illa sit, requiret, ut clara sit et satis prota. t) Notum in vulgus ICorum, clausula codicillarem testamento adiectam id efficere scripta in eo, quounque possunt, modo leant. At tutela institui potest tam codicil quam eo genere ultimae voluntatis, quod dinationum tutelarium nomine venit et nec stamentorum nec codicillorum iure aestimatur. Valebit igitur tutela, testamento, clausula codicillaris adiecta, data, licet redem non instituat testamentum illud aut ea in illo heredis institutio euanescat, imo cet in condendo illo nec ea seruata, quae codicillorum ius postulat.

t) Moseri Staats-Rechte, Tom. XVIII. p. 184.



Fe 4589

ULB Halle  
007 547 870

3



stam  
testi  
is in  
man  
, ad  
vt  
e pro  
ausla  
ficere  
odo  
odicil  
quod  
nec  
aestim  
nto,  
icet  
aut  
imo  
ae co

84.

1+0





SYMBOLAM  
AD  
VS TVTELAE  
ESTAMENTARIAE  
COLLATAM

SCRIPSIT

ANNES VLRICVS ROEDER.



COBVRGI  
APVD RVD. AVG. WILH. AHL.

1772.

